



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

In festo Nativitatis Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



## PRO FESTO NATIVITATIS DOMINI.

## EXHORTATIO I.

Proponit causam, cur Christus Infans fieri voluerit, scilicet  
ob majorem Dei gloriam.

THEMIS.

*Parvulus natus est nobis. Isaix 9. 6.*

**E**t res olim extitit, ab autore suo Apelle. Apellatur nomen fortia: quæ quidem Christum Dominum crucifixum, mortuus amque pro nobis; minimè vero parvulum natum, puerilibusque misericordiis subiectum fuisse credebat: quasi illum minus deceret nasci, quam mori. Contra hanc insurgit Tertullianus. Author antiquissimus, de carne Christi Cap. 5. ita scribens: *Quid magis erubescendum nasci an mori? Carnem gestare, an Crucem? Circumcidere, an suffrigi? Eduari, an sepeliri? In praesepi deponi, an in monumento recondi?* Clarè loquitur Propheta Evangelicus Isaías, mysteria

aureogratia seculo eventura prævidens, dum ait Cap. 7. 15. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel:* Butyrum & mel comedet, ut sciatur probare malum & eligere bonum. Hoc est (ut Mellifluous Doctor exponit) Infans erit, & infantilibus vescetur alimentis. Nemo prudens negaverit, Deum potuisse sibi formare corpus humanum, omnino perfectum, quale esse consuevit in atate virili; quemadmodum Adamo primo Parenti nostro efformavit in Paradiſo: At hoc noluit; sed potius Infans parvulus de Virgine nasci elegit.

Causam hujus rei majorem DEI gloriam esse, præsenti exhortatione demonstrabimus.

B 2

I. Si

PRO

I.  
Causa I. Si causam parvitatis Emmanuelis  
infantia nostri rescire aveamus, ipsummet inter-  
Christi est regemus Infantem. O Divine Infans,  
major D<sup>e</sup>i quia (obficio) causa est, quod non  
gloria.

in virili statuta, sed infantili mundum  
ingredi volueris? Si penitus Infantum  
hunc intueamur, tacet quidem,  
sed ocellos in cælum ad Patrem cæ-  
lestem elevare videtur; indicanscautam  
esse gloriam Patris: Confirmantque  
id ipsum Angeli, ipso tacente, conci-  
nentes: *Gloria in excelsis Deo.* Verum  
quomodo ex eo Dei gloria oriatur,  
non illico appetet. Quare sciendum est,  
extrinsecam Dei gloriam in eo consiste-  
re, ut Dei Potentia, Sapientia, Bonitas,  
aliaque Attributa Divina hominibus  
innovescant: Gloria enim est clara  
cum laude notitia: Sed hinc rursum  
oritur dubium; reuceatne major Dei  
gloria & innoteat magis Dei Poten-  
tia, Sapientia & Bonitas, quod Christus  
sit infans parvulus, infirmus, con-  
temptus? An verò non longè magis  
divina hæc Attributa elucescerent,  
si Salvator Mundi & Messias in Lege  
promissus, mundum ingredieretur  
in aetate virili, statuta perfecta,  
velut Adam, speciosus ut Absalon,  
fortis ut David, corpore magnus &  
supereminens omnes, ut Saul.

Respondemus, Carissimi, nequaquam  
id ad DEI gloriam conduxit sit:  
VERBUM enim cum sit infinita Sapi-  
entia unice elegit, quod fuit ad major-  
rem Dei gloriam; nec aliud potuit  
eligeret: elegit autem corpus infantile:  
at cur hoc ipsum? Deus in eo ponit  
gloriam suam eamque demonstrat,  
non quod simpliciter patret miracula,

& moliatur magna; sed quod ea patet  
per vilia instrumenta. Quemadmodum  
Scriptori majori gloria est, pulchra  
efformare characteres calamo inepto,  
quam apto, & pictori pingere elegantem  
penicillo rudi, quam subtili: ita  
Deo Domino nostro majori honorib;  
magisque ostendit Potentiam suam,  
si per minima operetur maxima,  
quam si per majora eadem efficere.

Unde cum pientissima & fortissima  
Heroina & tumul humillima Judith  
caelestem à DEO opem potuisse  
adversus Bellicosum Holofernem,  
ejusque formidabilem exercitum, ap-  
bat ad Deum, c. 9, 15. Erit hos membra  
nominis tui; cùm manu feminine deponas  
eum. Quali dicat Majori erit tibi gloria,  
per imbellem feminam proferente  
hunc Ducem, quam per alium gen-  
erosum Pugilem vel exercitum.

Quemadmodum majus robur &  
Potentia, majorque inde exorta est  
gloria Samsoni, quod mandibulæ armi  
vili instrumento, occiderit mille viros  
quam si adhibuisset acinacem, aut rom-  
pham bis acutam; ita majus Dei robur  
& Potentia ac gloria est per Infantum  
hostes potentes vincere. Et sine  
major de gloria fuit sternere goliathum  
per Davidem Juvensem, & quidem  
fundat, quam per Herodem aliquem  
gladio & hastâ instructum; ita pars  
Dei major eluet Potentia & gloria  
per infantem hostes suos debellare,  
quam per virum robustissimum.

Quid enim glorioius, quam mundum  
longè, latèque dominantem vincere?  
Vicit Infans. Quid glorioius, quam  
carnem omnibus insultantem compi-  
mers?

mero? compressit Infans. Quid gloriosus, quād Damōnem omnibus impersamē subjugare? Subjugavit Infans. Valde igitur in eo Dei omnipotētia & fortitudo elucescit. Deinde quanta potentia in tot, quā circa Infantem hunc accident, mirabilibus resulgue? Puellus hic in stabulo tenebroso eascūr; & claritas Dei circumfulger Pastores; quanta potentia, quanta gloria! Hic Puellus jaces in præsēpio, absque famulitio; & Cherubini ac Seraphini, famulaturi advolant ē ccelo: quanta gloria? Hic Puellus ab Herode Rege negligitur; sed à tribus Magis ab Oriente, scellā cluce, venientibus adoratus: quanta gloria? Hic Puellus jacet inter brutas animantes, & Angel: annuntiant ejus gloriam apud mortales: dormit quiete in præsēpio, & omnis Hierosolyma turbatur & anguit. Præfigore tremit, & Herodē facit contritūcere: teneras ex ocellis fundit lacrymas, & omnes pueri insta bimatum, in tota Regione effundunt sanguinem. O quanta hic elucet in hoc infantē Dei Potentia, Sapientia, Bonitas & Gloria? Praeclarus S. Chrysostomus:

Tanto tempore in cœlu tonuit, & non salverit: in cunis vagis & salvavit. Tones tonuit in Oriente, & nullus Res se ideo mouit loco suo: gemit & more infantili lamentatur in cunctis, & efficit, ut ēsa Pater regendantur tres Reges. Fecit multa sim prodigia in Egypto sub Pharaone Rege, in aere, in aqua, in agris, in domibus, in aula & extra, neminemque convertit: suum idem transfigit infantiam; & ad veri Numinis agnitionem totum illud regnum transfigit.

An non igitur, Charissimi, ex his omnibus clarē liquet, majorem Deo gloriā accrescisse, ex infantia Christi, quād si absque ea, in virili aetate, salutem nostram in terris operatus fuisset? Majorenē inde, ut vidimus, Dei Potentia, Sapientia, Bonitas, aliāque attributa resplendent. Laudemus ergo Dei potentiam, quād tanta per hunc infantem operatus est prodigia! Glorificemus ejus sapientiam, qui per parva novit debellare magna, & per infirma confundere fortia! Deprædicemus ejus Bonitatē, qui per hunc infantem toti mundo succurrere, salutē in que adferre dignatus est.

H. Nunc Protasi, addamus apodēsin atque ex dictis colligamus, ac discamus, hodiecum à Deo eandem observari methodum, gloriam suam mundō manifestandi: dum infinita ejus Potentia, Sapientia & Bonitas per parva operatur magna, & maxima, per minima. Id est opera magna & glorioſa efficit, non per superbos, sed per humiles. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Jacobī 4. 6.

R. P. Cornelius Vishavæus insignis Tironum in Societate nostra Magister, hoc dare solebat Tironibus suis documentum, ad lancea humilitatis commendationem. Deus gaudet res ex nihilo condere, quād ē modus infinite ejus virtuti proprius, & clarissimam prodat: at igitur hanc rerum universitatem & pulcherrimam speciem ex nihilo procreavit; ita & in animis hominum, mundum, ornatūmque virtutum, ex nihilo, id est, ex humilitate, quād suum quisque

II.  
Per par-  
vos & hu-  
miles  
Deus ma-  
gna ope-  
ratur ad  
gloriam  
iuanam.

quisque nihilum profiteatur, efficiere: superbos verò infinitis tentationibus subiucere, quod id Deus permittat, ut diffidere sibi discent. Tannerus in vita pag. 74. Hac ergo est praxis Dei, gaudet res ex nihilo condere, soler humiles nihilum suum agnoscentes, ad magna efficienda, velut apicissimā instrumenta, adhibere.

Afferebat olim Deus Regi Pharaoni Exodi 9. 16. Idcirco posuit, ut ostendam in te fortitudinem meam; & narretur nomen meum in omni terra. In quoniam versus Deus contra Pharaonem maximè potentiam suam demonstravit? In hoc videlicet, quod bellum grave & intolerabile ei indixerit per cynipes, minutissima animalcula & Aegyptii enim, qui ad alias sibi inflictas plagas excecati & indurati fuerant, aspicientes & sentientes has volatiles turmas, protinus exclamauunt: *Digitus Dei est hic,* Exodi 8. Ita hodiecum Deus, ut magis ejus elucescat potentia, per minima, tamen per humiles, operatur maxima. Innumeris res hæc comprobari posset exemplis.

1. Quim admiranda Deus in mundo universo operatus est per humiles & idiotas Apostolos? Nonne in omnem terram exivit sonus eorum: & Reges ac Principes cum Regnis & Regionibus iugulo Christi subdidetunt? Ut verè dixerit Doctor Gentium: *In firma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & qualia sunt Mundi, ut confunderet Sapientes?*

2. Quam admiranda patravit idem Deus per Antonios, Paulos, Simeones,

Franciscos, homines indoctos, sed omnino humiles: *Humilibus autem dat gloriam.* Non multi nobiles, non multi potentes mundi: sed debiles magna efficient pro gloria Dei, & stupenda operantur.

3. Quam admiranda egit idem benignissimus Deus per Thereliam Virginem humilem, quæ & 32. Monachia adfficata, libros conseruire, alos instruere, Ordinem reformatum posuit, similiter de S. Clara, aliusque Ordinem fundatrixibus legetur est? Que licet Juditha de Holoferne, ita de mundo, carne, & Dæmonie triumpharunt. *In prima Mundi Deus eligit, ut confundat fortia.*

4. Quam admiranda operari dignatus est Deus per S. Ignatium, per unum militem seculariem, talen Ordinem Religiosum per totum mundum extavit. Quam admiranda per S. Franciscum Xaverium in India fecit? quoniam marum millia in Ecclesia ovilem triduxit; Idololatriæ absuluit? Quam admiranda per reliquos primos Socios tatis nostra Patres; qui erant vihi millimi, eleemosynis viventes, hospitalia frequentantes, omnem fastum declinantes, rudibus & pueris catechentes explicantes. Et quid non egere in Concilio Tridentino, in Gallia, Germania, Hispania, Italia-India & Japonia! deinde in illorum sequacibus & posteris deprehendere licet, quod majori fuere humilitates; et copioiores, in proximo, fructu fecere; & gloriose pro Dei gloriam machinati sunt. Admiranda fecit R.P. Franciscus de Villanova; vir humilis excellens. Erat is parentibus ignotus

alibus natus, doctrinā modicā instructus, Grammatica rudimenta pueris trādēns; & affidū Domi in culmē mīlitari, alīisque vīlibus officiis se exercētus; & tamen, quanta sunt, qua pro Dei gloria & salute animarum e-  
git? Tanto fervore concionatus est, ut in stuporem dederit Auditores; etiam doctissimos; & 144. selectissima capita ad Societatem adduxerit. Colle-  
gion Complutense adificavit & fun-  
davit, ad alia plurima multum contulit, Cordubæ, Montillæ, Conchæ, Pla-  
centæ. Ut Tanneros in vita ejus re-  
fert. Ex quibus omnibus cernimus, Deum eligere infirma mundi, ut fortia  
quaque confundat.

Quæ cùm ita sint, concullamus, Charissimi, majorem Dei gloriam  
provenire ex Christi infantia & humili-  
tate, quām ex ejus statuā virili af-  
fumptrō profluxisset. Discamus quō-  
que, si verè cupiamus, Deum per nos,  
tanquam instrumenta, operari magna,  
per nostras catecheses, conciones, sci-

entias, conversationes efficere multa,  
oportere nos esse humiles in oculis no-  
stris: ita ostenderit in nobis gloriam suam, & per humilia confundet for-  
ta: & sicut per cyniphes, profernet per nos Pharaonem stygium, & tan-  
quam per alteros Davides, dejicit Goliathum: & tanquam per mandibulam ahni, sternet mille viros, quos vel à peccatis ad gratiam, vel ab hæ-  
resi ad fidem orthodoxam perductos Christi jugo subjiciemus. Simus hu-  
miles & cum Sancto Francifco, Sancta Theresia, Sancto Ignatio & primis Patriarchis nostris, magna pro Dei gloria operabimur. E contrà verò si superbiā inflati, viribusque propriis  
nixi fuerimus, incassum laboraturi sumus: Deus enim superbis resistit & humili-  
bus autem dat gratiam. Depositus  
potentes potentes de sede: &  
exaltavit humilos.

\* \*

PRO





## PRO FESTO NATIVITATIS DOMINI.

## EXHORTATIO II.

Proponit aliam causam , cur Christus fieri voluerit infans ;  
ut scilicet disceremus ab ipso simplicitatem  
puerorum.

THEMA.

*Invenietis Infantem. Lucæ 2.*

Dmirandum penitus est , quod ad Christum infantem in stabulo , in præsepio jacentem , per Angelos accersantur Pastores , & per stellam Magi . De Pastoribus ait Evangelista : Venerunt festinantes de tribus verò Regibus scribit : Ecce Magi ab oriente venerunt . O Divine Infans ! Quo fine ad te veniunt hi Pastores & Reges ? An non præstaret eos exspectare tempus prædicationis tuz ; quando eis Evangelium & Legem novam posse proponere ? Non . Ad quid ergo veniunt ? Num eis loquēris , aut instruēiones dabis ? Non . Num in eorum præsentia , miracula & signa patrabis ?

Non . Quid igitur apud te faciem ? Volo , ut me in hoc statu , in quo sum , videant : volo , ut hanc meam innocentem , humilēmque simplicitatem oculis suis intueantur , acque ita primam , & initio conversionis maximè necessariam virtutem addiscant . Ecce mali ! ô Pastores ! ô Magi ! aspicite me & probè perspicite ; quomodo ego caliteraque Monarcha , Dominus potens , sapientia & magnitudinis infinita , pro amore & exemplo vestro , factus sum innocens , humilis , & simplex infans & hæc sit doctrina , quam à me dicta ; hæc sit prima lectio , primum dogma , quod altè vobis imprimatis . Illud ipsum revera præclare didicerum Pastores ; qui revertebantur laudantes & glorificantes Deum : idem quoque degntes Reges rectè percepisse , satis ostendit .

efficius ipse & quād efficax fuerit hic aspectus in eorum cordibus : nam per aliam viam reversi sunt in regiones suas ; & non solum in Christum crediderunt, atque conversi sunt ; verum etiam ipsum aliis predicarunt.

Quomodo & nos idem præstare , & i Chilico infante simplicitatem infantem discere debeamus , jam exponeamus.

I. Prima igitur virtus , quam Tiro Religiosus a Christo infante haurire debet , est simplex innocentia , & innocens humiliisque simplicitas . illud atque ait Doctor Mellitus , quod priuaminus Christus apparuit puer ; ut simplicitatem ante omnia querendam nobis doceat est.

Et quidem teste codem Dodone , in conversationis nostræ inicio , nulla nobis magis necessaria virtus est , simplicitate : oportet enim redire ad paucitatem : licet enim , è seculo ad Religionis scholam veniens , esses Philosophia . Theologią , Jurisprudentią , & omni politicā ac mundanā Sapientiā insuetissimus ; oportet in hac schola , redire ad infantiam , ad prima religiosa vita & perfectionis rudimenta . Noli igitur , ait dictus S. Bernardus , Oratione habeo , jejunium , recollectionem , & modestiam : habesne simplicitatem ? Non inquit ; ex ergo ex Clara Valle ; non es habilis ad acquirendam perfectionem ; quia caries eu principio ; sine quo vana spes est eis affigenda . Hac ergo simplicitas innocens & humiliis , ante omnia , nobis à Christo infante est addicenda , tanquam necessaria ; non solum ad perfectionem sed etiam ad æternam salutem , teste Veritate ipsa : Nisi efficiamini sicut par-

nati , non intrabitis in regnum cœlorum . Matth. 18.

In quo autem consistit , quōsqne adest habet hæc simplicitas puerorum ? Varii Sancti Patres varios allegant ; ac præ reliquis , clarè S. Hilarius ait : Hi Patrem sequuntur ; Matrem amant ; proximo velle malum nefissant ; curam opum negligunt ; non insolent ; non oderant ; non mentiuntur ; dicit̄ credunt ; & quod audiunt , verum habent . In his omnibus præluxit nobis Christus infans ; & nos , ad ipsum servitum vocatos , ad imitandum provocat : Revertendum est , inquit S. Hilarius , ad simplicitatem puerorum , quia in ea collocați speciem humilitatis Dominica circumseremus .

Sicutur ad hanc puerorum simplicitatem aspiremus , intueamur , quo patto , Christus Dominus infans omnia prædicta puncta tam egregie observabit ; & quā cum imitari Tirones debeat.

II. Primus igitur adest simplicitatis puerilis est : Patrem sequuntur , Matrem amant , dicit̄ credunt , & quod audiunt , reveruntur habent . Eique ad verbum vel nutum obediunt : præluxit nobis Christus infans . obediens Patri aeterno in omnibus in nativitate , in vita , in prædicione , in passione , in morte crucis : Non vent , ait , ut faciam voluntatem meam , sed eis , qui misit me Patri . Joan. 6. 38. In capite Libri scriptum est de me : ut faciam Deus voluntatem tuam . Tunc dixi : ecce venio , ad Hebr. 10. 7. Ecce venio in carnem : ecce venio in tabulam ; ecce venio in crucem . O luculentum simplicis & perfectæ obedientiæ exemplum ! Similiter B.V. obediuit & S. Josepho in

C omni-

II.  
Patrem  
sequi.

omnibus. Erat enim subditus illu.  
Lucas 2.

Novitiis Societatis JESU , primo  
loco, hoc amplectendum est : Patrem  
sequuntur ; id est judicium proprium  
mortificent , & Directorem seu Instru-  
torem suum cœcè sequantur ; quemad-  
modum cœcus puerum ducem suum ;  
non querendo causas , cur hoc illudve  
mandetur. Quemadmodum Christus  
Dominus non interrogavit , cur nasci  
deberet non in palatio ; sed in stabulo :  
cur mori in ligno , & non in lecto ? Et  
quemadmodum Apostolus Paulus , sua  
conversionis initio. Actorum c. 9. Aper-  
tis oculis nihil videbat. Et : Vade ad An-  
aniam , ibi dicetur tibi , quid te oporteat fa-  
cere. q. d. Si vis esse Apostolus , & vir  
perfectus , oportet te quasi cœcum esse ,  
& nihil videre : oportet te vadere ad  
Ananiam , ejusque manibus te totum  
tradere ; deinde Petro te subjicere ; hoc  
enim est primum fundamentum perfe-  
ctæ conversionis , & quasi primus lapis ,  
sublimis cuiusdam Apostolatus , simpli-  
citer ambulare , simpliciter sequi , sim-  
pliciter obedire : nunquam inquirere ,  
cur hoc potius , quam istud aliud jubea-  
tur ; cur iste & non ego adhibeatur : cur  
iste mihi preponatur. Nihil horum sim-  
plex cogitat : Apertis oculis nihil videbat  
Paulus. Ita gerere se oportet Novitios :  
oculi quidem illorum sunt aperti , vi-  
deantque hæc vel illa fieri ; sed ita ocu-  
li illorum , quasi ligentur & continean-  
tur , ut rerum causas & differentias non  
videant : ita confusè cernant , ut nullam  
colorum varietatem discernant ; sed om-  
nia dispositioni & ordinationi Superioris  
relinquant , illique se toros commit-

tant. Atque hoc est instar puerorum ,  
Patrem sequi simpliciter : & aperte o-  
culis nihil videare. Hoc est implere illud  
Apostoli : Si quis inter vos videtur sapiens  
esse ; stultus fiat , ut sit sapiens. 1. Corin-  
thi. 3. 18. Bene ait , videtur sapiens esse , non  
ait , est : Sic mundani videntur libi sape-  
re ; sed vere non sapiunt , nihil sciliunt.

III. Alterum simpliciter pueris  
actum , assignat S. Hilarius : Proximo vel  
le malum ne iungunt , non oderunt , non inspi-  
lescant : Sed sunt charitate & humilitate  
prædicti. Simplicitas , ut ex S. Chrysosto-  
mo docet S. Albertus M. in Paradiſo c.  
30. Est neminem ladere ; sed omnibus pa-  
ciere. Verba illa Christi , Matth. 10. 16.  
Estote prudentes sicut serpentes & hispida  
ut columbae. Ex græco δέσμων ; line  
cornu , line vindicta , sine noxa . Id est in-  
nocentes & innocui , exponit S. Basiliss.  
S. Hieronymus explicat : Ut per pruden-  
tiam devient insidiæ , & per simplicitatem  
malum non faciant ; columba enim file ut-  
ret , nec ulli nocet , sive rotro , sive ungul-  
bus. Hæc virtus vel maximè in Christo  
resplenduit , quem enim ille unquam  
laedit ? cui non profuit ? Bethlehem te  
excludunt hospitio , cogintque ad ole-  
dum pecudum divertere stabulum ; non  
male vult , non irascitur , non impreat-  
tur , non odit. Herodes persequitur &  
vitæ innocentis insidiatur : non vindic-  
tam parat , non ulciscitur , vitam  
adimendo , quia malum yelle neficit.

Idem imitandum Societatis JESU  
Tirombus : conversionis initio , non  
omnis ita linguam frenare didicit fla-  
tim ; ut non imprudens verbum exi-  
dat , quod charitatem laedit non nihil.

silens, perfectionis avidus est, non te la retorquet, non odit; valle malum nescit. Simplex ut columba, sine cetero, sine noxa, & similia agit, dum factis nonnquam charitas aliquantulum partitur. Theophylactus & Euthymius assertum, columbas, licet pullis orbentur, tamen ad eodem redire lares & Dominos: sic ergo Christus Dominus induisse voluit Apostolis: Vos A poli mei ita quoque nolite esse memores in priuatum vobis factarum; sed placi & amantes redite ad eos juvandos & convertendos à quibus Iesu, vexatiq; Idem igitur imitandum est Religiosis: nulli malum pro malo redentes; sed vincentes in bono malum. Hoc enim postulat implexa sinceritas, & incera charitas.

IV. Tertius simplicitatis actus est; ut loquitur S. Hilarius, non falso dicere, Non mentiri. Simplicitas enim, ut ait S. Albertus M. in Paradiso c. 30. Est virtus, quæ quis hypocris, simplicitatem & multipliciterat vitat. Simplicitas est virtus, quæ quis taliter se exteriori verbis & factis exhibet, qualis interius est. Simplicitas est virtus, que ab omni astutia, & dol, & fraude, & non necessaria actionum multitudine aliena est. Haec virtus vel maximè fulget in Christo Infante, Ipse est Vita, Veritas & Vita: nec ullum inventum est in ore ejus mendacium, nulla simulatio, nulla fraus, nulla falsitas, nulla hypocrisia, sed summa in eo sinceritas, candor & simplicitas resulget. Tironi Societas cum primis in hoc puncto imitanda Christi simplicitas & sinceritas, vitandaque fraus, dolus, duplicitas, multiplicitas, hypocrisia, men-

dacidum, aliisque omnia simplicitati repugnantia. Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Multo minus ad culmen perfectionis eluctabimini. Totum ergo hoc simulationis fermentum, mox ab ipso conversionis initio penitus exhaustendum & evanescendum est. Praeclare S. Chrysostomus Orat. 10. in 1. Corinth. 3. in illa verba: si quis videtur inter vos sapientem esse, stultus fiat ut sit sapientem; ait: In externa (mundana scilicet) sapientia, nisi totum exemerit, & revertatur mentem; & non fecerit atque ruderis, te præbueris fidei, nihil præclarum exacte scies. Si in mente tua remanserit germe hujus pravae radicis, politia mundana, sapientia terrena, duplicitatis, simulationis, hypocrisia eradicata, pedibus contere; alias in via spiritus proficere te est impossibile. Nisi sine discursu, sine examinandi voluntate, & sine dijudicatione, finas te regi, tanquam simplex & improvidus puer. Nisi non fecerit atque ruderis te præbueris fidei, nihil præclarum exacte scies. Dic mihi: senti sine in pectore tuo vigorem quendam & ardorem spiritus? Non. Sentis ne notabile in corde tuo virtutes sumere incrementum? Non. Unde censes hoc ipsum procedere? Aliunde non, quam ex eo, quod nondum totaliter abnegasti hoc proprium judicium; nec execrabiliter hanc politiam proscripti penitus. Ac proinde, in externa sapientia, nisi totum exemeris, nihil præclarum exacte scies. Si quis inter vos videtur sapientem esse, stultus fiat, ut sit sapientem; ait S. Paulus.

Neque credatis hanc doctrinam ab Apostolo inchoaram, longè autem, hoc

C 2 mense

mentis sua arcanum stabiliverat , & manifestaverat Deus. Sapientia adi-  
vit sibi Domini. Proverb. 9. 1. Sapientia  
voluit esse aliquando Architecris, sum-  
psit in manus scalpellum & malleos, &  
adificavit domum praelaram : excidit  
in ea columnas septem : deinde voluit  
etiam exercere officium Architriclini-  
stravit enim quasi mensam regiam,  
misericordia vinum & proposuit mensam: neque  
pro se sola , hoc palatum struxit ac  
mensam stravit; sed pro mukorum bo-  
no : Nam misit ancillas suas, & vocavit ad  
arcem & mania Civitatis. Verum quoniam  
obsecro, ad hanc arcam, domum  
& mensam evocavit? Si quis est, inquit,  
sed quis? An caftus? An orationi dedi-  
tus? An jejuniis addictus? Non. Sed si  
quis est parvulus, veniat ad me: & insipien-  
tibus locata est: Venite, comedite panem  
meum, & bibite vinum, quod miseri vobis.  
Quasi dicat: Etsne puer aliquis? Etsne  
aliquis, qui deposita humana sapientia  
simplicerit vivit? Iste veniat, ad habi-  
tandum cum Sapientia vera & eterna,  
ac sanctitate repleatur: non requirun-  
tur initio conversionis in te excelsa ora-  
tio & contemplatio, non ardenta mar-  
tyrii desideria. Sed veni, modò sis puer.  
Si quis est parvulus vensat: & insipientibus  
locata est: Venite, & comedite. Modò ha-  
beas simplicitatem innocentem & hu-

milem, sufficit. Dives in simplicitate, dñs  
in Deo est , ait S. Ambrosius c. 14. de  
Naboth.

Quia cùm ita sint, Dilectissimi, allu-  
mite hunc Puelum prostrena. Et 1.  
aspicite illum , cum Pastoribus & Ma-  
gistris, & hanc primam ab eo discite ledi-  
nem; innocentem, & humilem simplici-  
tatem, sine qua , nondum fundamen-  
tum perfectionis locatum est. 2. Rela-  
quite judicium proprium & voluntatem  
veltram; & Pauli exemplo apertis oco-  
lis non videte, non dijudicare, non ex-  
minate majorum imperia, sed simpliciter  
obedite: cecè sequimini comitatum 3: & ab eorum iustis non declinate.  
3. Ne scite proximo vele male, sed omni-  
bus suaves, amabiles & beneficos vs  
exhibe. 4. Omnen humanam & po-  
liticam sapientiam deponite, omnem  
duplicitudinem, simulationem, hypocri-  
sin, fraudem, dolum, & mendacium si-  
gitate: sic eritis dispoliti ad veram sapie-  
tiam & disciplinam Christi: apti ad  
domum & mensam divinae Sapientiae:  
quod si vero ab ea deflexeritis, & insi-  
stamini sicut parvuli, simplices, inno-  
centes, obedientes, non intrabuimus  
num calorum. Matth. 16. Neque  
Domum sapientia, perfectio-  
nis & sanctitatis.

PRO